

Kreis

Warendorf

S. 216

1282 (1281) Februar 25.

[2 216

Ritter Arnold von Almelo und seine Gattin Marina willigen in den Verkauf der Güter zu Yzendoorn an Ritter Rudolf Koch (vergl. Nr. 1).

Strennuo militi et honesto domino Rodolpho dicto Koch Arnoldus de Almelo miles et Marina uxor sua cum affectu salutem et omne bonum. Vobis et omnibus presentia visuris et auditoris notum facimus ac lucide protestamur nostre et puerorum nostrorum pure esse voluntatis et puro corde vobis et vestris heredibus cupimus, quod bona in Ysendoren sita erga Henricum et Gotfridum fratres dictos de Ugthen emistis, ac ipsa bona predicta vobis et vestris heredibus in hiis scriptis resingnamus (!) omni iuri nostro de predictis bonis plenarie abrenuntiantes pro nobis et pueris nostris universis presencium testimonio litterarum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> octogesimo primo in crastino beati Mathie apostoli.

Orig. Nr. 19; Siegel ab.